Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Habent homines mali ubi & p xpianos non solum mansu&e uerū
&iam utiliter salubriterq: plectantur. Habent enim quod
corpore incolomi uiuunt. habent unde uiuunt. habent unde male
uiuunt. Duo prima salua sint ut quos peniteat sint. hoc op
tamus. hoc quantum in nobis ē. &iam inpensa opera instamus.
Tertium uero. si ds uoluerit tamquam putre noxium resecari ualde
misericorditer puni&. Si autem uel amplius uoluerit uel ne hoc
quidem pmiserit. altioris & p fecto iustioris consilii ratio paenes
ipsum est. A nobis curam officium que oport& inpendi. quousq:
uidere concedetur deprecantibus eum. ut animum nrm approb&.
quo cunctis uolumus ēē consultum. Nihilq: fieri sinat per nos.
Quod & nobis ecclesiae suae non expedire. longe melius nouit ipse qua
nos. modo cum apud calamam essemus ut nri in tam graui dolore.
uel consolarentur afflicti. uel sedarentur accensi. quantum potu
imus quod in tempore oportuisse existimauimus cum xpianis egimus.
Deinde ipsos &iam paganos mali tanti caput & causa. p&entes ut
ab eis uideremur admisimus. ut hac occasione admoneremus eos
quid facere deberent si saperent. Non tantum pro remouenda
praesenti sollicitudine. uerum &iam p inquirenda salute ppetua.
multa a nobis audierunt. multum &iam ipsi rogauerunt.
Sed absit ut tales serui simus quos ab eis rogari delect&. a quib: nost
dns non rogatur. Unde peruides pro uiuacitate mentis tuae ad ēē.
nitendum. seruata mansu&udine & moderatione xpiana. ut aut
c&eros d&erreamus eorum imitari peruersitatem. aut c&eros
optemus eorum imitari correctionem. Damna quae inlata sunt.
uel tolerantur a xpianis. uel resarciuntur per xpianos. Animarū
nos lucra quib: adquirendis cū periculo &iam sanguinis inhiamus.
& in loco illo questuosius prouenire. & aliis locis illo exemplo
non inpediri desideramus. Dñi misericordia nobis praest& de ūa
salute gaudere.

EXPLIT EPISTOLA